Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale benedictinum - Cod. Schuttern 3

Schuttern, [2. Hälfte des 15. Jh.]

Ordinarium missae

urn:nbn:de:bsz:31-22910

Visual Library

excepit illũ gaudens Et cũ
viderent omnes mur
murabãt dicẽtes: qd ad
hoĩem pctõrẽ diuertisset
Stans autẽ Zacheus:
dixit ad ihm Ecce dimi
diũ bonorũ meorũ dñe
do pauperibus: et si qd
aliquem defraudaui red
do quadruplũ Ait ad
eũ ihc Quia hodie sa
lus domui huic fca ẽ:
eo qd et ipse filius sit ab
hec Uenit eñ filius hõ
minis querere et saluũ
facere: qd perierat. Off
Dñe deus ĩ simplicitate
cordis mei letus obtuli vni
uersa et ppłm tuũ qui rept⁹
ẽ vidi cũ ingenti gaudio de⁹
isrł custodi hanc volunta
te dñe deus Secr Annue
festiuitatis cultu suppli
ces te dñe deprecamur:
ut quicũqz intra templi
huius cuius natalis ẽ
hodie ambitu cõtinem⁹
plena tibi atqz pfecta

corporis et aĩe deuocione
placeamus: ut dũ hec
presencia uota reddim⁹
ad eterna premia pue
nire mereamur. P Co.
Domus mea dom⁹ oroĩs
vocabitur dicit dñs in ea
omnis qui petit accipit et
qui querit inuenit et pulsanti
aperiet. Cpł Deus qui
ecclãm tuã sponsam vo
care dignatus es: ut que
habet grãm per fidei deuo
cionem. haberet eciã ex
nomine pietatem: da ut
omnis plebs nomĩ tuo
seruiens huius vocabu
li consorcio digna esse
mereatur. et ecclã tua ĩ
templo cuius natalis
ẽ hodie tibi collecta te ti
meat. te diligat. te sequa
tur: ut dũ iugiter per
vestigia tua graditur:
ad celestia pmissa te du
cente peruenire mereat᷑
Qui cũ deo. Laus ange
lica dñicis diebus.

Gloria in excelsis deo
Et in terra pax ho
minibus bone voluntatis
laudamus te Benedicimus
te Adoramus te Glorifica
mus te Gratias agimus ti
bi propter magnam gloriam tuam
Domine deus rex celestis deus pa
ter omnipotens Domine fili unigenite
ihesu christe altissime Domine deus
agnus dei filius patris Qui
tollis peccata mundi miserere
nobis Qui tollis peccata mun
di suscipe deprecationem nostram
Qui sedes ad dexteram patris
miserere nobis Quoniam tu so
lus sanctus Tu solus dominus Tu
solus altissimus ihesu christe
Cum sancto spiritu in gloria dei
patris Amen. Canticum an
Gloria gelorum de b virgine
in excelsis deo Et i
terra pax hominibus bo
ne voluntatis laudamus
te Benedicimus te Adoramus
te Glorificamus te Gratias
agimus tibi propter mag
nam gloriam tuam Domine deus

rex celestis deus pater omnipotens
Domine fili unigenite ihesu christe
Spiritus et alme orphanorum
paraclite Domine deus agnus
dei filius patris Primoge
nitus marie virginis ma
tris Qui tollis peccata mundi
miserere nobis Qui tollis
peccata mundi suscipe depreca
tionem nostram Ad marie gloriam
Qui sedes ad dexteram patris
miserere nobis Quoniam tu so
lus sanctus Mariam sanctificans
Tu solus dominus Mariam
gubernans Tu solus al
tissimus Mariam coronans
ihesu christe Cum sancto spiritu in
gloria dei patris Amen.
Credo fides catholica
In unum deum Patrem
omnipotentem factorem celi et
terre visibilium omnium et invi
sibilium Et in unum dominum
ihesum christum filium dei unige
nitum Et ex patre natum
ante omnia secula Deum
de deo lumen de lumine deum verum
de deo vero Genitum non

filium consubstancialem patri
per quem omnia facta sunt Qui
propter nos homines et propter
nostram salutem descendit de ce
lis Et incarnatus de spiritu
sancto ex maria virgine et ho
mo factus est Crucifixus etiam
pro nobis sub poncio py
lato passus et sepultus est
Et resurrexit tercia die secun
dum scripturas Et ascen
dit in celum sedet ad dexteram
patris Et iterum venturus est
cum gloria iudicare viuos
et mortuos cuius regni non
erit finis Et in spiritum sanc
tum dominum et viuificantem Qui ex
patre filioque procedit. qui
cum patre et filio simul adora
tur et conglorificatur. qui
locutus est per prophetas Et unam
sanctam katholicam et apostolicam
ecclesiam Confiteor unum bap
tisma in remissionem peccatorum
Et expecto resurreccionem
mortuorum Et vitam ve
turi seculi Amen.

Ad locandam hostiam
Acceptabile ✠ sit
omnipotenti deo sacrifi
cium nostrum Tibi deo crea
tori meo hostiam offero
pro remissione omnium
peccatorum meorum. et sanctifico
hunc panem ut nobis vni
geniti tui uerum corpus
fiat In nomine patris et fi
lij et spi✠ritus sancti
amen Acceptabile sit
omnipotenti deo ut supra
ad locandum calicem
Offerimus tibi domine
calicem salutaris, et de
precamur immensam cle
menciam tuam: ut in conspectu
diuine maiestatis cum
odore suauitatis ascen
dat Per christum dominum nostrum
amen In nomine patris
et filij et spiritus sancti
Ueni sanctificator omnipotens
eterne deus, et benedic hoc
sacrificium nomini tuo prepa
ratum Per christum dominum nostrum
Inclinet se ante altare.